6.

1737
d 18 Oct.

vide N. 7.

ΕΥΦΗΜΙΣΜΟΣ

Honoribus conſularibus

VIRI

Magnifici, Prænobiliſſimi, Ampliſſimi, atque Conſultiſſimi, Domini

DOMINI,

JACOBI HÜNEKENII,

JCTI EXCELLENTISSIMI

AVI SUI HONORATISSIMI,

cum

adminiſtratis, ſumma cum laude, graviſſimis Reip. muneribus,

ILLUSTRIS REIP. PATRIÆ CONSUL

deſignaretur,

ſolenniterque, patrum ſtipante caterva, introduceretur,

Anno MDCCXXXVII. die XV. Octobr.

dictus

a

JACOBO COCH. Sec. cl. Alumno.

Ille ego, *qui nuper* pullato pectora amictu
Indutus, *quaſſa* feſſus modulabar a-

Aſt ubi ſolliciti, quibus eſt Reſpublica curæ,
Convenere Patres, amplos committere faſces
Diſpiciunt, cui rite queant patriæque

…ſſimis Reip. muneribus,

ILLUSTRIS REIP. PATRIÆ CONSUL

deſignaretur,

ſolenniterque, patrum ſtipante caterva, introduceretur,

Anno MDCCXXXVII. die XV. Octobr.

dictus

Ille ego, qui nuper pullato pectora amictu
Indutus, quaſſa leſſus modulabar avena
Luctiſonos; Aviam triſti cum funere raptam
Plangerem, & afflicto curas ſolarer avitas
Pectore: jam verſo gratantia dicere verba
Carmine conſtitui, quamvis in carmina vires
Talia ſufficiant nondum, nec ſæva coire
Vulnera tam rapide fato in contraria verſo
Poſſint. Aſt pietas porrectam ſumere frontem
Urget, & infandas depellere corde tenebras.
Scilicet æthereas nuper cum ſcanderet arces
Magnificus Præſes KöHNEUS, & ampla capeſſens
Præmia virtutis, ſua tempora nexa trophæis
Aſtris inſereret, turbati funere cives
Plangebant patriæ Patrem, lacrymisque madebant.
Aſt ubi ſolliciti, quibus eſt Respublica curæ,
Convenere Patres, amplos committere faſces
Diſpiciunt, cui rite queant patriæque Secures.
Omne tulit venerandus Avus, ſine murmure, punctum,
Lætifico & plauſu currum moderatur eburnum!
Dumque ad magnifici certatim limina tendunt
Conſulis, officium læti ne ſperne nepotis.
Accipe & hæc tenuis gratantia carmina venæ,
Quæ *Tibi* ſacrat amor, vano non turgida fuco,
Nec fictis ornata modis, ſed pectore nata.
Qui *Te* cœlipotens ſummo cumulavit honore,
Addat & ex voto patriæ *Tibi* Neſtoris annos;
Floreat ut felix, ſalvo *Te* Conſule, Brema!
Et Tu pimplææ ſocialis turba Minervæ
Adde tuos plauſus noſtris, & digna *Scholarchæ*
Vota novo ſolvens, precibus convexa fatiga
Tecta, diu ut patriæ & Pindi moderetur habenas!

BREMAE,

Typis *Viduæ B. Hermanni Chriſtophori Jani*, Illuſtris Gymnaſii quondam Typographi, 1737.